

ni denunciar civil, ni criminalmente, sin dar primero delator, y que el tal delator diga por ante escriuano publico la tal delacion: y que de otra manera no se reciba acusacion, demanda, ni denuncia del procurador fiscal y promotor de la iusticia, ni se waya por ella adelante, excepto en los hechos notorios, o psequis que el Rey aya mandado hazer por qualesquier malesficio. Todo lo arriba dicho se ha de guardar en Corte y Chancilleria, y en todas las demas villas y lugares de estos Reynos, vt latius continetur in d.l. Regia, & tradit D. Paz. in sua praxi quinta partii, primo tom. capit. 2. in princ. n. 7. folio 114. & late agit Ioan. Garcia de nobilitate gl. 3. n. 18. cum seqq. Ergo si contra tenorem & formam dictae legis procurator fiscalis, aut promotor iustitiae acculauerit aut denunciauerit, fama aut notorietate delicti non concurrente, condemnari debet in expensis & damnis, quandoquidem & in aliis poenis condemnari debet, de quibus ibi, in quo eadem lex suppletur & ampliari debet, nempe vt vltra illas poenas, fiscales accusans aut denuncians contra formam eiusdem l. condemnatur etiam in expensis & damnis, si vltra de facto procedatur, quia fuit in vera malitia & mala fide, argumento regulae iuris, qui contra iura mercat. & l. quemadmodum, C. de agricolis & censu. l. 1. & ita credit D. Azeued. hic num. 4. simpliciter. Adde alium ¶ casum ex Guidon. Pap. dist. decif. 269. n. 2. Rebuff. d. priuileg. 5. & Azeued. hic num. 3. nempe quoties quis recepit fiscalem tanquam priuatum, tunc enim quia abutitur officio suo accipiendi cum in partem formalem, poterit in expensis condemnari huiusmodi fiscalis.

20 Ex supradictis ¶ ad materiam quam differunt reducenda sunt, quae tradit Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. cent. 4. casu 321. vbi congerit decem casus, qui à calumnia accusatorem excusare solent, & n. 21. refert pro 4. causa, & huiusmodi cum quibus ex necessitate officij accusat, prout est in rotore, vt in l. 2. C. de his, qui accus. non poss. ita gloss. verb. ex vtraque, ibi, Nisi officij necessitas, & c. in l. Athletas, §. calumniator, & ibi notat Bald. num. 5. ad hoc quod denunciatio syndici vel alterius officialis deputat ad denunciandum malesficio, non praesumitur in dubio calumniosa, sed rite facta & bono animo, ff. de his, qui nos. infam. & alios citat Menoch. vbi supra. Qui tandem num. 33. inquit, causas illas excusare quidem à calumnia, ne is teneatur poena statuta contra calumniatorem, non tamen à refectione expensarum: etenim in illo, qui ratione officij tenetur denunciare vel accusare, prout est procurator fiscalis, vera calumnia non excusabit eum à condemnatione expensarum: praesumpta autem liberabit, & in dubio etiam excusabitur, vt praediximus: Et ita intelligenda est haec materia.

Neque obstat prior opinio supra in contrarium adducta ex Doctore Paz, quia Salycetus ab eo citatus loquitur in denunciatione simpliciter, in qua aliud est, vt vidimus: nos autem in fiscali, qui ratione officij tenetur denunciare vel accusare: sed tamen ordine iuridico: hoc est, praecedentibus, quae diximus: ideo in eo distinguendum est, vt supra cum communi & dictum Doctoris intelligi debet, iuxta textum quem allegat, vt probauimus supra in quest. 18. praecedente, num. 35. Secunda etiam opinio contraria supra relata, nempe negatiua, non obstat, licet consuetudine videatur in quibusdam prouincijs recepta: illa enim procedit praeterquam si dolus, & vera calumnia adsit in fiscali, vt ex supradictis in terminis satis patet.

S V M M A R I V M.

- 1 Hora executionis per tabellionem in processu non apposta, si tamen solutio debiti non fuerit oblata, an executio sit nulla? pars negatiua eligitur.
- 2 Ratio finalis quare inbeatur apponi hora executionis in processu.
- 3 Lex quando unum disponit, & alium praesupponit, ad hoc, vt habeat locum dispositum, debet verificari prius praesuppositum.
- 4 Hora executionis appositio non est necessaria in ciuilibus & lectis, vbi decima de consuetudine non exigitur.
- 5 Dies naturalis facta executionis, ad hoc vt decima eius exigi non possit, si debitum soluitur intra eam, à quo tempore incipiat, & n. 9.
- 6 Citatio ad executionem faciendam necessaria non est.
- 7 Lex si aliquid voluisset, expressisset.
- 8 Priuilegium est ex gratia nouiter indultum, vt soluent intra horam executionis debitum, excusetur à decima eius.
- 10 Beneficium Principis tunc laetissime est interpretandum, cum ex verbis & mente ipsius id fieri possit: etiam in prauidicium concedentis: scilicet vero in prauidicium tertij.
- 11 Beneficia Principis sunt stricte interpretanda, ne tertio damnum inferant.
- 12 Cap. 78. Curiarum de Madrid, dicens, quod dies naturalis ad deponendum debitum, vt decima excusetur, currat à die requisitionis, intelligitur.
- 13 Nonem dies à iure Regio concessit ad terrarum iure sanguinis, currant ignorantibus, minoribus & absentibus.
- 14 Tempus datum in fauorem alicuius ad agendum actum, non in odium alterius, currat ignorantibus & impediis.

Q V A E S T I O XXII.

In l. 32. tit. 4. lib. 3.

Hora non apposta in executione, an semper & indistincte sit nulla executio, ita vt decima non debeatur?

QUERO circa hanc leg. In curiis de Madrid. I anno 1573. c. 32. cauetur, *Que pagando el deudor dentro de vn dia natural la deuda por que le huieren hecho execucion, no sea obligado a pagar decima por razon della, y el escriuano ante quien passare asistente la hora en que ansí hiziere la dicha execucion: porque se vea y entienda quando se cumple y acaba el dicho dia natural, se pena de pagar el daño a la parte, y que la tal execucion sea en si ninguna, vt retulimus vbi supra, lib. 1. quest. 33.* Et postea in curiis eisdem anno 78. fuit prouisum, quo in executionibus pro quibus faciendis mittitur ad oppida & loca subiecta a la cabeza del partido, vt patet ex petitione & praefatione de los procuradores de las dichas Cortes, depositando el deudor dentro de veinte y quatro horas, despues que fue requerido, la deuda porque es executado, en persona, lega y abonada, ante vn Alcaide, y en su ausencia ante vn Regidor, y no ante otra persona, que de libre de pagar decima, ni otro derecho de execucion, con que a su costa dentro de terreo dia despues de hecho el deposito lo haga labor a la persona a cuyo pedimiento es executado: lo qual se entienda no aniendo obligacion de hazer la paga en algun lugar particular. An haec nouae Regiae decisiones procedant indistincte

distincte & generaliter, siue debitor contra quem executio fit, non obtulerit reuera solutionem vel debitum deposuerit respectiue intra praed. diem naturalem, hinc eam obtulerit vel deposuerit, hora exequutionis in actis non apposta per tabellionem? Et videtur 1. hoc ita esse intelligendum ex generalitate & indistinctioe d.c. Regii. 32. argl. de pretio, cum siml. ff. de Publ. an rem actio.

Praeterea & secundo, quia si hora exequutionis non apposta per tabellionem, ipse tabellio puniatur, vt soluat damnum parit: ergo etiam si debitum non offeratur infra praed. diem naturalem, exequutio erit nulla: aliter enim non esset opus soluere damnum, si valida esset, o se pudisse mandar hazer y passar el remate.

Hanc quaestionem habui in praxi post primam editionem, l. 1. pract. quest. supradictis non obstantibus, prout vere non obstant, contrarium pronunciaui, nempe pro valida exequutione, mandando hazer y passar el remate por principal decima y costas, aunque no estana puesta la hora de la execucion, ni dado fee della por el escriuano, ni consto della: porque el deudor executado no ofrecio la paga de la deuda, ni la deposito, antes nego deuer nada: y no prono excepcion legitima alguna. Primo ¶ quia ratio finalis expressa in d.c. 32. est, porque se vea entienda quando se cumple y acaba el dicho dia natural. Hoc autem in eum tantum finem fieri conat, vt sciatur, an intra dictum diem naturalem fiat solutio vel depositum respectiue, & ita debitor à solutione decima liberetur, vt in princip. eius d. c. insinuat: deficiente igitur solutione vel deposito in casibus praed. cessat ratio legis, & ideo non est necessaria appositio horae, & per consequens cessare debet & ipsius dispositio, l. quod dictum, cum siml. ff. de part. Erit igitur valida executio, si aliud non obstat, quamuis hora exequutionis apposta non fuerit: nempe cum debitor minime obtulit solutionem debiti, vel id deposuerit in specie praefata.

Secundo eadem sententia conuincitur, eodem themate tenentio: quia cum lex haec Regia, dum praecipit, que el escriuano de la execucion asiente la hora en que assi la hiziere, se pena de pagar el daño, y que la execucion sea en si ninguna: praesupponat solutionem, vt patet ibi: *A esto vos respondemos, que pagando el deudor dentro de vn dia natural, & c.* & in hunc finem postea praecipiat, vt hora in qua fit executio scribatur, vt sciatur an solutio facta sit intra diem naturalem, vt patet ibi: *Porque se vea y entienda quando se cumple y acaba el dicho dia natural.* Sed ¶ ad hoc, vt locum habeat dispositum, que es el asentar la hora, debet prius verificari praesuppositum, hoc est: que se hizo la paga, iuxta gloss. in leg. mancipia, verb. auocandum, Codic. de seruis fugit. quam vltra ordinarios ibi singularem & vnicam in hoc appellat Roman. singul. 489. incip. Statusum puniens, & eam commendat Philippus Decius conf. 201. n. 2. & conf. 233. n. 6. & conf. 466. num. 8. & conf. 511. num. 4. & conf. 40. n. 2. & conf. 591. n. 4. & conf. 644. n. 15. & 16. & Carol. Rain. conf. 83. n. 5. vltim. 5. & eam recipit omnes, vt ex Menoch. retulimus sequens conf. 21. n. 6. sequitur etiam plures referens Mexia in lege Regia Tolera, de los terminos, in 4. fundamento, 2. part. n. 2. & Erancisc. Becc. conf. 53. n. 7. & conf. 62. num. 5. Ergo si debitor contra quem executio facta fuit non obtulit solutionem vere & realiter, nec depositum fecit, respectiue, fortiusque, si de aliquo debere negauerit, in executione procedendum erit vsque ad ultimam pignorum subhastationem, non obstantem

quod hora exequutionis apposta non fuerit in processu, cum iam cesset effectus appositionis eius, & per supradicta & in terminis nostrae quaestiois, ex hoc fundamento hanc nostram sententiam probauit nouissime D. Azeued. in praesenti n. 6. esseque verissima meo iudicio. Non obstat primum fundamentum contrarium, quia ipsum diluitur ex praedictis, quandoquidem expresse patet, ex dist. capit. Regio, appositionem horae executionis esse praecipiam in eum, quem praediximus finem: nempe vt sciatur an solutio debiti intra diem naturalem facta fuerit, necne? Igitur si solutio facta non est, nec vere oblata cum effectu, cessat optimo iure dispositio, quae quidem generaliter indistincte non loquitur, sed vt praediximus.

Secundum etiam fundamentum contrarium non obstat, quoniam in specie nostra non loquitur dist. cap. Regium, quandoquidem non comprehenditur sub ipsius dispositione, sed tunc demum solutio facta fuerit, & nescitur an intra praedictum diem naturalem fuerit facta, eo quod hora exequutionis apposta non fuerit per tabellionem: ideoque debitor in expensis vel executio aliquod damnum patitur: tunc enim huiusmodi dubio existente, tabellio tenebitur eis damnum soluere, praeterquam quod executio est nulla: at cum executio valida est, quia solutio debiti, nec eius depositio respectiue facta fuerit, nec obligatio eius cum effectu, quo casu minime loquitur dist. capit. Regium, nullum damnum superest parti solvendum.

Ex quibus inferatur, quod in ¶ ciuitatibus & oppidis, vbi non est conseruado exigendi decimam executionis, prout hic Ciuitaten. si non exigitur, non erit necessarium apponere horam executionis, cum cesset tunc temporis ratio constitutionis Regiae atque eius anima, quo iure vtitur sicut eadem ratione, alias videmus, quod etiam hic praecipit executioem parti non traditur. Adde vero ¶ Azeued. vbi supra. vnum notandum, & in praxi receptum secundum ipsum: nempe quod dies ille naturalis currit ab hora factae executionis & eius notitiae, quia ignorantis non currit tempus, prout regulare est. Ego vero etiam sciam id esse regulare, nihilominus tamen in specie, de qua agimus, aliud censere esse dicendum, immo quod dies ille naturalis currat statim ab hora factae executionis & eius notitiae, quia ignorantis vel notitia debitoris, contra quem & in cuius bonis facta est executio, & hoc ex litera eiusdem cap. Regii ibi, *Que pagando el deudor dentro de vn dia natural la deuda porque le huieren hecho execucion:* Et clarius ibi dum praecipit, *Que el escriuano asiente la hora en que ansí hiziere la execucion: y esto porque se vea y entienda quando se cumple y acaba el dicho dia natural.* Ecco text. expressum hoc declarantem: nec enim requirit scientiam, aut notitiam debitoris: quandoquidem, citatio ¶ ipsius ad exequutionem faciendam & necessaria non est: vt in l. fin. tit. 21. infra hoc lib. 4. ibi, *sin citar a la parte, & ibi: ¶ por esta forma se haga la execucion:* vbi Attend. num. 28. cum seqq. inquit, quod cum executio petitur & fit, nulla exsequutoati requiritur citatio, secundum communem praxin, vt tenent & asserunt Suarez. Auend. D. d. d. Perez Padilla, & alij ibi ab eo relati. Si enim hora in qua exequutio fit, scribenda est ad hoc, vt sciatur quando finitur dies naturalis: Ergo ab illa hora, quae apponitur tanquam principium, dies ille incipit naturalis, absque eo quod requiratur notitia debitoris, sufficit enim, quod in suis bonis fuerit

fuerit facta exsequutio, ex quo in suam vel suorum notitiam peruenire possit. Si enim aliud lex voluisset, expressisset, dicendo ab hora exsequutionis & eius notitia: cum igitur hoc non expresserit, censendum est id noluisse, arg. *l. text. in l. omne. §. ubi autem, vers. sui autem, ibi: Nam si contrarium volebat, nulla erat difficultas coniunctim ea disponere, C. de caduc. tollend. text. in cap. inter corporalia, de translat. Episcop. & in cap. ad audientiam, de decim. cum siml. congerit plura concordantia Tirag. in l. si unquam, verb. libertis, num. 3. Codic. de renouand. donat. tradit Rolandus à Valle, *conf. 68. num. 35. l. 4. & Beccius, conf. 11. num. 44. & conf. 32. num. 16.**

Præmaxime tamen cum hoc sit priuilegium ex gratia nouiter indultum per dictum capit. Regium debitoribus, contra quos exsequutio facta est, vt possint se liberare à decima exsequutionis, si intra diem naturalem exsequutionis factæ soluerint debitum. Qui igitur hoc priuilegio uti & se iuuare velint, illud accipiant, prout sibi conceditur, & licet alias decimam soluent, præcipue cum sint in mora: non enim lex venit ad alterandum ordinem traditum prius à leg. fin. in exsequutionibus faciendis, nec huius fuit mentis dict. capit. 32. sed tantum de nouo concedere hanc indulgentiam debitoribus, vt si intra diem naturalem ab hora exsequutionis factæ numerandum debitum soluerent, à decima sine liberi atque immunes. Remanet igitur in suo robore forma tradita à d. leg. fin. & praxis communiter obseruata in exsequutionibus faciendis, in quibus regulariter non est necessarium, quod in personam fiat exsequutio, neque quod ad eam debitor citeatur, sed potest fieri in bonis ipsius cum fideiussione de saneamentis: quod si tempore, quo exsequutio fit in bonis, debitor sit præsens, tanto rectius: si vero absens à domo, ciuitate vel oppido, nihilominus curret statim dies naturalis prædictus: imo & præconia fieri ac dari possunt, & postea cum venisset debitor, præstabit prædict. fideiussorem de saneamentis, vel personaliter capietur, si talis sit, qui incarcerari pro debito ciuili iure possit: quinimo in dubio carcerabitur, si illum non præstiterit, postea exemptionem suam allegaturus. Quod si aliud in nostra specie diceremus, sequeretur inde, quod si debitor abesset pluribus diebus post factam exsequutionem, postea cum venisset & requisitus fuerit, vt prædict. fideiussorem præster, exsequutione iam diu facta, haberet ex tunc diem naturalem ad se liberandum à decima, solutione debiti intra illum diem facta. Hoc autem quantum distet & abhorreat à verbis & intentione legislatoris, vniuersisque facile videbit. Ideoque tamen nihil refert, quod beneficium Principis sit latissime interpretandum, vt in l. beneficium, ff. de constitut. principum, Beccius plures allegans *conf. 28. num. 9.* post Iac. in dict. leg. beneficium, num. 31. Tum quia id locum habet, cum ex verbis & mente ipsius id fieri possit, tum etiam in præiudicium concedentis: secus vero in præiudicium tertij, vt primum probat alios citans Beccius, *d. conf. 28. num. 19.* Et secundum bene probat Iac. in dict. leg. beneficium, num. 19. & alij plures, quos sciens omitto. Etque tamen in iure probatissimum, beneficium Principis esse stricte interpretanda, ne tertio dampnum inferant, l. 2. §. si quis à principe, cum siml. ff. ne quid in loc. publ. Non etiam obest, quod postea in curijs de Madrid. anno 78. fuit pronisum, vt vidimus, quod dies naturalis ad deponendum debitum, ad hoc, vt decima euitetur, currat

à die requisitionis debitori factæ: hoc enim non corrigi nec immutari, quod processit, sed præsupponit tamen quod loquitur eo casu, quo debitor requiritur, vt nomen bona in quibus exsequutio fieri debeat, id namque vt plurimum contingit, quia reperitur præsens debitor tempore exsequutionis fiende, non tamen negatur ibi, quin si absens sit debitor illo tempore, currat præfatus dies naturalis à tempore exsequutionis factæ, vt præmiserat prius cap. 32. ann. 73. ad cuius declarationem venit cap. anni 68.

Denique nouem dies tamen iure Regio consanguineis concessi ad retrahendas res patrimoniales vel auitas, currant à die venditionis, tam ignorantibus, quam minoribus & absentibus: iuxta l. 8. tit. 11. lib. 5. Nonæ Collect. Reg. & tenent plures, quos citauimus & sequuti sumus supra, l. 2. præc. q. uest. 91. num. 2. Tempus enim datum tamen in fauorem aliquis ad agendum actum, non in odium alterius corrigi iuranti & impedito: iuxta gloss. in cap. statutum, verb. numerando, versic. quia hoc, de præbend. in 6. Tiraq. & Couar. quos citauimus, d. uest. 91. num. 4. Ergo cum in nostra specie dies naturalis à die factæ exsequutionis concedatur ex gratia in meum fauorem debitoribus ad soluendum debitum, pro quo exsequutio est facta, non in odium, nempe, vt euitet decimam, merito vt currat etiam ipsis ignorantibus, per prædicta.

S V M M A R I V M.

- 1 Ciuitates & oppida Hispania possunt statuta condere circa administrationem bonorum suorum, & gubernationem earundem ciuitatum & oppidorum absque vlla licentia Regis, dummodo sint rationabilia & iusta.
- 2 Sed an ad hoc, vt procedat quod prædictum est, requiratur confirmatio Regis: & num. seq. Eligitur opinio affirmatiua, num. 3. cum seq.
- 3 Relatio pendente facta Principi nihil est innouandum.
- 4 Rex eo ipso quod incipit cognoscere de aliqua causa, tacite videtur eam ab alijs auocare.
- 5 Confirmatio superioris ubi requiritur, interim imperfectus est actus.
- 6 L. 8. tit. 1. lib. 7. Non. Collect. Reg. intellectu.
- 7 Statutum etiam quando fit in presentia Principis, requirit eius confirmationem.
- 8 Statuta ciuitatum vel oppidorum Hispanie, confirmantur in Concilio supremo nostri Regis, & si sunt noua, iubetur ad petitionem cuiuslibet, vt custodiantur, donec in Consilio Regio videantur & confirmantur.
- 9 Statuta quacunque ciuitatum & oppidorum confirmari debent à Rege nostro alias nulla sunt, & an interim seruari possint: n. 11. & 12. limitatur num. 18.
- 10 Statuta oppidorum particularium dominorum sufficiunt quod confirmantur per eos.
- 11 Statuta condita castri vel villis confirmari possunt per Concilium cui subsiucient.
- 12 Leg. 14. tit. 6. lib. 3. Nonæ Collect. Reg. intellectu, & num. 16.
- 13 Statuta ciuitatis vel villa concernentia bonum regimen ciuitatis super vniuersibus & ad vniuersum spectantibus aliisque similibus negocijs, non egent confirmatione Regis, maxime cum periculum esset in mora petendi confirmationem, vt ibi n. 18.

19 Statutum ciuitatis & villarum non est confirmatum, ad hoc vt obseruetur, requiritur quod vsu probatum sit.

Q V Æ S T I O XXIII.

In leg. 14. tit. 6. lib. 3. Nonæ Collect. Reg.

Statuta & ordinationes ciuitatum & villarum, an debeant prius confirmari à Regia maiestate, quam obseruentur, & iuxta eas iudicetur?

QUÆSTIO, cum ciuitates & oppida Hispanie, etiam si iurisdictione careant, possint statuta condere circa administrationem bonorum suorum & gubernationem earundem ciuitatum & oppidorum absque vlla licentia Regis, dummodo sint rationabilia & iusta, secundum Barr. in l. omnes populi, n. 3. circa finem, de iustitia & iur. & ibi Iac. & ceteros, est communis secundum Ioan. Orosc. ibi num. 14. & magis communis secundum Greg. Lopez in l. 12. tit. 1. par. 1. par. 1. magna, ubi bene declarat & limitat, & tenet Bellon. *conf. 13.* Tiraq. de iure primog. q. 16. n. 4. Albet. in tract. statut. prima pars. q. 7. Aucnd. 6. 19. Præc. n. 5. lib. 1. Burg. de Paz. in l. 1. Taur. n. 342. & 350. Matien. in l. 3. per l. libi. Quedan en su fuerza las ordenanças que sobre esto son hechas en las dichas ciuidades y villas y lugares, & c. tit. 14. lib. 5. Non. Collect. Reg. gloss. 4. n. 1. & nouissime Humada in d. l. 12. par. 1. n. 5. Quod etiam probatur in alijs legibus Regijs statim citandis, Ioan. Garc. de nobil. in inscriptione, n. 10. & v. fil. 19. est magis communis sententia secundum Azeued. alios citantem in l. 1. tit. 1. n. 18. lib. 4. Non. Collect. Reg.

An ad hoc, vt prædicta tamen statuta & ordinationes ciuitatis vel villæ obseruari debeant & iuxta eas sit iudicandum, debeant prius à Regia maiestate confirmari, necne? Et videtur primo non esse necessariam in hoc Regiam confirmationem, sed absque ea esse seruanda, ex nostra libi: *T las que fueren buenas, las guardaran y daran guardar, & c.* Hic enim nulla confirmatio requiritur, sed tantum dicitur, quod iudices seruent seruatiue faciant ordinationes ciuitatis vel villæ vel districtus sui muneris: ergo eo ipso, quod prædictæ ordinationes sunt bonæ, habent secum confirmationem, ac proinde obseruandæ sunt in iudicio, & in terminis ita tenet Aucnd. 6. 8. par. num. 6. lib. 1. & latius ex nostra lege idem sine dubio probat ipsemet Aucnd. eod. lib. 1. cap. 19. per tot. sequitur etiam Ioan. Orosc. in d. l. omnes populi, num. 19. in fin. & Benben. Anconit. in tract. de mercat. in tit. quomodo in caus. mercat. proced. q. 1. num. 9. & 50. & additio-nator Bernard. Diaz. in reg. 55. dicens interim seruanda, quia non præcipitur per Regem, vt non seruatur, donec fuerit confirmata, idem tenet Mench. de success. creat. lib. 1. §. 6. num. 13. vbi quod sustinentur statuta populi recognoscentis superiorum, facta sine eius confirmatione, dum tamen eius legibus non aduersentur, & hoc iure communi est verius & communiter receptum, vt affirmat Iac. in l. omnes populi, in lectura, num. 26. & in repet. num. 5. & 35. ff. de iustit. & iur. Ex quo & ex DD. communiter in cap. cum omnes, de constitut. communem quomodo esse testatur Martien. vbi supra num. 2. & Humada vbi supra num. 9. Hanc etiam videtur probare D. Azeued. in present. num. 10.

quamuis ibidem circa fin. illius enim subsistere videatur, dicens, quod hæc de confirmatione merito consideranda & cogitanda sunt, quoniam difficultia, & l. 8. infr. tit. 1. lib. 7. multum vtiget pro contraria opinione.

Nihilominus tamen contraria opinio & sic affirmatiua, imo quod prædicta statuta omnino egeant Regia confirmatione præcisè ad hoc, vt obseruentur, alias obseruari non debeant, nec iuxta ipsa iudicari, nisi vsu approbata fuerint, est verior attento iure nostro Regio, ac proinde tenenda in iudicando & consulendo, prout communiter obseruatur in praxi: primo ex nostra l. circa fin. ibi: *T las ordenanças que assi emendaren, o de nuevo hizieren, embien a nos el traslado dellas, para que nos las mandemos ver, y prouer sobre ello.* Ecce legem expressam loquentem in ordinationibus ciuitatis vel villæ, emendatis à iudicibus populorum & in nouiter conditis. Nec obstat, si dicatur: interim quod per Regem reuidentur & providetur super eis, sunt seruandæ, quia ibi hoc non prohibetur, & ideo d. non dicit ipsa originalia statuta esse mittenda, sed tantum statutorum copiam, secundum Salced. vbi supra, n. 10. Respondemus etenim hoc esse contra ius: relatione tamen namque pendente Principi facta, nihil est innouandum, vt late per Vitaleo de Camba. in hac eadem clausula. Facit quareo ipso, quod Rex incipit cognoscere de aliqua causa, tacite videtur eam ab alijs auocare, secundum Aucnd. lib. 1. cap. 19. Præc. num. 3. vers. tacita ergo. Igitur ita in proposito est dicendum, & c. Præterea tamen quod tunc in aliquo actu requiritur confirmatio superioris, actus est imperfectus, donec confirmetur, text. in cap. postquam, de elect. & ibi Abb. n. 2. idem Abb. in cap. nostri, num. 1. de elect. congerit plurima in proposito Didac. Perez in l. 2. tit. 6. lib. 1. ord. col. 26. in vers. versatur, & col. seq. Sed huiusmodi ordinationes sunt videndæ & confirmandæ per Regem, vt cauetur in dictis verbis finalibus nostræ legis, ergo ante confirmationem non habent esse perfectum, sed sunt in habitu, non vero in actu.

Secundo & peremptorie tamen hæc secunda pars verior & tenenda probatur expresse in l. 8. tit. 1. lib. 7. Non. Collect. Reg. cuius littera ita se habet: *Mandamos, que cada y quando que a las insidias de las ciuidades y villas parciere que conuene hazer algunas ordenanças para la buena gobernacion, antes y primero recibian informacion de las partes a quien toca, si son utiles y necessarias y conuenientes y las embien a nuestro Consejo con las contradiciones que oviere, y de las dichas ordenanças, para que alli se prouea lo que se dea mandar guardar, o confirmar.* Interim ergo sunt in pendenti, nec vires assumunt, donec confirmentur, vt satis patet ex littera præcitata illius. Nec obstant responsiones seu potius euasiones huius l. assignatæ per Azeued. vbi supra. ne probet hanc partem affirmatiuam, quia nihil sunt, eumque reprobatur in hoc Ioan. Garc. vbi supra. Quinimo tamen & iure communi quando statutum fit in presentia Principis, eandem sententiam probauit Barr. in l. si quod, num. 4. C. de legat. lib. 10. & Bald. in l. humanum, num. 2. & ibi eius addit. Cod. de legib. idem Bald. in l. fin. num. 4. C. de iuris. omni. in die. & Aul. c. 17. Præc. in gloss. Prouer sobre ello, num. 1. vbi quod hæc opinio obseruatur de consuetudine, & quod ita vitatur tamen in nostra Hispania, quia talia statuta confirmantur per Senatoses consilij Regalis, & si sunt noua, iubetur ad petitionem cuiuscum

cuiuscunque non custoditi, nisi per eos videantur & confirmantur, vt in d.l. 14. & quod circa hoc hoc quotidie prouisiones emanant. Sequitur Menchac. sibi contrarius *controu. illustr. lib. 1. cap. 102. num. 10.* Hanc eandem probauimus & nos de *luram. confirm. x. par. cap. 38. num. 1. & 2.* vbi in idem ciuitatibus Gregor. Lopez & Matth. de Afflic. Sequitur etiam & practicari dicit Ioan. Gracian. in *reg. 434. in initio*, prout eum refert & sequitur atque bene probat Humada, *vbi supra num. 6. cum seqq.* Hanc etiam latissime probat, sequitur & defendit Ioan. Garf. *vbi supra* dicens, quod si statuta hæc, quæcunque ea sint, siue æqua, siue iniusta, siue iusta, siue iniusta, siue concernant bonum publicum, siue priuatum, siue pertineant ad administrationem propriæ substantiæ ciuitatis, siue ad gubernationem: siue penalia sint, siue dispositiua: denique quæcunque statuta ciuitatis omnino debent confirmari à Rege nostro, aliter nihil valent: & quod ita quotidie in supremo Hispaniæ senatu, & in Pinciano & in aliis Regni Prætoris, quoties ad decisiones causarum adducuntur statuta populorum, id in primis requiritur, an sint confirmata à Dom. nostro Rege: si non sunt confirmata, nihil sunt ex d. l. 8. cui totus mundus non respondebit secundum ipsum, vbi tandem nos citat pro hac opin. & dicit esse verissimam.

Quinimo idem Auend. qui priorem tenuit d. cap. 19. num. 5. inquit, quod facillime supremi nostri Prætores & Senatores Regij quotidie præcipiunt, ne talia statuta seruentur, donec sint confirmata. Eandem sententiam sequitur Matienc. *vbi supra num. 2.* dicens, quod de consuetudine generali communiter tenetur opinio Barr. dicentis non valere statuta populi, nisi confirmantur, vt refert Alber. in *l. forma, C. de offic. Præf. Prætor.* Et quia hæc consuetudo apud nos quoque viget: quin & absque consuetudine iure Regio hoc ipsum statuitur in nostra l. 14. ita vt ipsum lateat, quæ fuerit ratio dubitandi Nuniij Auenda. & Auiles.

11 Sed cur hoc iste auctor parum sibi constans dicit, ipse siquidem ibidem paulo ante moderatur d. consuetudinem cum Auend. quem refert & sequitur dicens: Interim tamen dum à Rege confirmantur, omnino seruantur, vt testatur Nun. d. cap. 19. num. 3. Nam si de consuetudine seruat hæc secunda opinio affirmatiua, ipsa penitus contradiat prædictæ moderationi atque opinioni Auendanni: si igitur Matienc. tenere vult hanc secundam de consuetudine, reiciat atque deponat opinionem Auend. quod si eam sequi vult, cum mitatur ipsum, dicens se latere, quæ fuerit ratio dubitandi ipsius. In cuius sententiam etiam citat Auiles, cum tamen Auiles hanc secundam absolute dubio probauerit. Præterea statim num. 3. idem Matienc. inquit, quod in rebus propriis vtendis & seruandis possunt populi Castellani statuta condere. absque vlla Regia licentia vel confirmatione. Hoc autem non ita simpliciter & indistincte dictum est, vt verum, siquidem si ciuitas vel villa velit rebus propriis vt ad alium vsum, quam ab antiquo sunt destinata, vel ex propriis suis aliquod nouum salarium assignare vel expendere in rem, quæ vtilitatem communem ciuitatis vel villæ non spectet, hoc facere minime possit absque Regia licentia vel confirmatione, vt in l. 22. hoc tit. & lib. & late probat Auend. c. 4. prat. m. 6. versic. si vero.

Quare proculdubio tenenda est hæc secunda

pars affirmatiua, vt omnino requiratur confirmatio Regis statutum ciuitatis vel villæ ad hoc, quod ipsa exsequi & obseruari possint, alias autem sine ea obseruanda minime sunt, nec etiam interim dum confirmantur, vt patet ex nostris legibus Regij prædicatis, & praxi communi huius Regni à superno Senatu emanata. Quæ confirmatio in rebus temporalium dominorum, vt Ducum, Comitum & Marchionum sufficit, si fiat per dictos dominos, vt probauimus *vbi supra post alios.* Sicut in etiam statuta condita à castris vel villis confirmari possunt per concilium ciuitatis, cui subiacent, vt tenet Barr. in d. l. si quod, n. 5. C. de legation. lib. 10. Bald. in *l. omnes populi, num. 3. ff. de iust. & iur. Montal. in l. 1. tit. 7. lib. 3. ser. in gl. et. c. de cetero*, ibi: *Quia neque oppidum, &c. quos refert & sequitur Auil. vbi supra, num. 2. circa fin. in vers. & tene.*

Non obstat modo huic secunda & tenenda sententia nostra l. in primis verbis supra citatis pro prima parte, ibi: *T las que vieren que fueren buenas, las guarden y hagan guardar*: quia secundum Ioan. Garf. *vbi supra* loquitur in prætorie urbano cui præcipitur inter alia, vt videat statuta populi (quæ ex dispositione d. l. 8. oportet intelligere fuisse confirmata) & hæc obseruet, si fuerint bona, & obseruare faciat: & si viderit, quod aliqua ordinatio debeant destrui aut reformari de nouo, id faciat cum consensu concilij seruatis ibi positus, & si quid reformauerit, vel de nouo conderit, mittat exemplum eius Regi, vt reuideatur & prouideatur ab eo super eo. Nihilominus tamen obseruet statuta populi, quæ à principio fuerunt confirmata, vt oportuit fuisse ex dispositione d. l. 8. Ita voluit ac intellexit in effectu dictas l. Regias Ioan. Garf. *vbi supra*, dicens, quod hic est verus & planus sensus earundem. Itaque tam statuta noua confirmari debent à Rege ad hoc, vt obseruentur, vt in nostra l. 14. in *vers. fin. & in d. l. 8.* quam vetera reformata, prout præsens necessitas exegerit per nostram l. in d. *vers. fin.* Sed hic intellectus ad præfatas l. ex eo constare non videtur, quoniam d. l. 8. tit. 1. lib. 7. (ex cuius dispositione hic auctor inquit oportere intelligere verba nostræ l. ibi: *T las que vieren que fueren buenas las guarden, &c.* scilicet si fuerint confirmata) est nouior d. nostra l. 14. vt patet. Dicta enim l. 8. fuit condita ab Imperatore Carolo V. cuiusque matre Regina Ioanna, in Toledo, anno de 1539. nostra verò à Catholicis Regibus Ferdinando & Elisabeth, eorum auis atque parentibus vt habet c. 17. *prætorum.* Non igitur suppleri aut intelligi potest hoc c. 17. de *Corregidores*, per l. nouiorem nondum factam illo tempore, hoc est per d. l. 8. quia supponi non potest tempore, quo condita fuit lex nostra, debere per d. l. 8. posterio-rem multo, esse confirmata à Rege prædicta statuta ciuitatis vel illæ, quæ per nostram legem iubentur seruari à prætorie, cum tunc temporis condita non esset d. l. 8. quinimo additio marginalia nostræ l. 13. inquit, *por esta ley declar. la ley 8. tit. 1. lib. 7.*

Sed meo in iudicio confirmationem, quam supponit Ioan. Garf. interuenisse oportere, dum nostra l. dicit: *T las que fueren buenas, las guarden, y hagan guardar, &c.* melius deducemus ex vltima parte eiusdem nostræ l. ibi, *T las ordenanças que assi emendaren, o de bueno bizenen, embien a nos el traslado dellas, para que nos las mandemos ver, y prouer sobre ello.* Ex his enim verbis satis colligitur, vt supra proba

probauimus, noua statuta ciuitatis non esse obseruanda absque confirmatione, etiam interim dum confirmantur: ergo, quod in principio eiusdem l. dixit: *T las que fueren buenas, &c.* intelligi necessario oportet de illis, quæ iam sunt condita ab antiquo & sunt visa & approbata à Rege: si enim noua aut vera statuta reformata mittenda sunt ad Regem, vt confirmentur, si digna fuerint confirmatione. Ergo dum in principio lex præcipit Prætoribus, vt si iam condita viderunt esse bona, ea obseruent ac obseruari faciant, consequitur fuisse iam confirmata, quandoquidem cum condita fuerint, mittenda fuerunt ad Regem pro confirmatione, & interim non obseruari nec exsequi, vt probauimus supra. Quod si prædictam confirmationem, atenta nostra l. Regia 14. adhuc quis contendat nullo iure fuisse necessariam, vel forte interim quod statuta bona confirmantur, esse obseruanda: iam hoc totum cessat per d. l. 8. posterio-rem, qua expresse cauetur, vt vidimus esse necessariam confirmationem statutorum ciuitatis vel villæ, etiam si concernant bonam earum gubernationem, & interim quod confirmentur, non esse obseruanda, quia eorum executio est suspensa, vt potest nondum in esse deductorum, & sic quoniam nondum sunt absoluta & perfecta.

17 Hæc tamen secunda sententia limitatur in concernentibus bonum regimen vniuersitatis super vtensilibus & ad viciam spectantibus aliisque similibus negotiis: hæc namque confirmationem non requirunt, sed seruanda sunt statim, quia confirmata sunt ex propria naturali iustitia, vt deduximus cum Bald. Auil. Auen. & Matth. de Afflic. *vbi supra num. 4.* vbi diximus, sic posse etiam intelligi nostram legem; sequitur Azeued. hic cum Auend. d. num. 10. Idem citans alios probauit Matienc. *vbi supra num. 3.* præcipue si prædicta statuta sint temporalia: & inquit num. 4. quod huiusmodi statuta tunc maxime sunt seruanda, cum periculum esset in mora petendi confirmationem, vt ibi probat allegans alios. Illud denique addidimus, *vbi supra num. 1. & 8.* quod statutum ciuitatis in vel villæ, si non est confirmatum ad hoc, vt obseruetur, requiritur, quod vsu probatum sit, quod iterum probat, & cum Mencha. secutus est post nos Azeued. in *præfati d. num. 10. circa fin.*

S V M M A R I V M.

- 1 Prior & Consules Burgenses an habeant iurisdictionem accumulatiue vel priuatiue cum iudicibus ordinariis eiusdem ciuitatis, & per totam quæst. posterius probatur num. 8. cum sequentiibus.
- 2 Iurisdictione specialis censetur concessa accumulatiue, non vero priuatiue, nisi aliud reperiat contrarium decisum vel statutum, vt in num. 9. vel si priuatiue expresse sit data iurisdictioni, vt in num. 10.
- 3 Federicus Imperator, etsi anno 1222. concesserit ciuitati Alba iurisdictionem ac merum & mixtum imperium, non fuit visus eam priuatiue sed accumulatiue concessisse, &c.
- 4 Prætor Papiæ potest cognoscere de causis cloacatum etiam ad finem super illis specialis iudicis.
- 5 Statutum Florentiæ, quo datur iurisdictione iudici mercatorum in eorum causis, accumulatiue & non priuatiue tam dare intelligitur.

- 6 Reg. text. in cap. generi per speciem, de regul. iur. in 6. non procedit in iurisdictionibus fauore publico.
- 7 Iurisdictione concessa per dictionem taxatiuam, adhuc non censetur sublata iurisdictione maioris magistratu.
- 11 Dominus feudi censetur concessisse iurisdictionem priuatiue.
- 12 Causa aliqua alicui specialiter delegata per Papam, in ea generali legatum in illa provincia inuoluntate se non potest.
- 13 Causa commissa per Regem alicui super delicto perpetrato, alij indices in eam non possunt se intro-mittere, quod procedit nequam durante tempore, quo informatio delicti fit, sed etiam durante tempore commissionis, vt præcis obtinuit, vt in num. 14.
- 15 Index datus in vna parte territorij, censetur priuatiue datus ad aliam priorem iudicem in illa parte.
- 16 Iurisdictione competens in certis generibus causarum, puta nesium & damnorum & similibus, an competat priuatiue vel accumulatiue.

Q V Æ S T I O XXIV.

In l. 1. tit. 13. lib. 3. Nou. Collect. Reg.

Prior & Consules Burgenses, an in causis mercatorum habeant iurisdictionem accumulatiue vel priuatiue cum iudicibus ordinariis eiusdem ciuitatis.

QUÆRO circa hanc leg. an Prior & Consules Burgens. quibus per nostram legem conceditur iurisdictione cognoscendi in causis mercatorum, & quibus hic, eam habeant accumulatiue vel priuatiue cum iudicibus ordinariis eiusdem ciuitatis? Et videtur quidem accumulatiue concessam non vero priuatiue: quia regula est generalis, quod iurisdictione specialis censetur attributa cumulatiue, non vero priuatiue, vt nouem fundamentis probat Roman. cons. 293. incip. *Præfens consularis*, & tenet Barr. in l. 1. C. de offic. Præf. Prætor. vbi loquitur in statuto, quo iurisdictione tribuitur iudici speciali super damnis datis: docet enim ibi eam datam censeri cumulatiue, non vero priuatiue, quocirca iudex ordinarius poterit etiam cognoscere, Abb. in c. ceterum, num. 7. de iudic. vbi quod concessa iurisdictione à lege Reçtori alicuius collegij liciti in causis concernentibus ipsius professionem in personas illorum de collegio, non per hoc videtur adempta potestas ordinario loci etiam respectu earundem causarum, Felin. late in c. *pastora* l. 2. cum seqq. de offic. ord. in d. c. ceterum, num. 4. & hæc est magis communis opinio, secundum las. in l. quod in rebus, §. si quis, post num. 8. ff. de legat. 1. qui à num. 5. incipit quæstionem, & numeris seqq. eam profsequitur; sequitur idem las. in l. Tria textores, in princ. num. 29. cum seqq. ff. de leg. 1. & late Thom. Grammat. decis. Neap. 30. n. 1. cum seqq. Greg. Lop. in l. 24. tit. 9. part. 2. in gl. dene faver iusticia, est communis secundum Auendam. lib. 1. cap. 19. Prat. num. 29. in vers. & hæc iurisdictione, de secundum Azeued. hic n. 10. & tenet idem Auend. cap. 5. num. 11. ibi, Item licet, lib. 1. vbi hoc probat in dubio, quando non constat, an Princeps voluerit per dationem specialis iudicis excludere ordinam

ordinarium, quia tunc uterque iudex cognoscit, ut concludit Ang. in l. testamenta, C. de testam. sequitur plures referens Ioan. Gar. de nobil. gloss. i. num. 5. cum seqq.

3 Hinc respondit Brun. conf. 47. num. 3. quod etsi Federicus Imperator anno 1222. concesserit civitati Albæ iurisdictionem ac merum & mixtum imperium, non videri eam privative sed accumulative concessisse, & ob id ipsam Imperatorem posse cognoscendo ipsam civitatem prævenire, prout cum refert & sequitur Menoch. de arbit. iudic. lib. 1. q. 40. num. 5. vbi num. 6. addit ex Ripa in tractatu de peste, iii. de remedio præservat. num. 60. Papie Prætorum cognoscere de causis cloacarum, etsi adfuit super illis speciales iudices, citans in idem Paris. conf. 1. g. n. 11. lib. 4. & Gramma. conf. 6. in fin. & voto 18. n. 4.

5 Vnde etiam est, vt in terminis nostris statum Florentiæ, quo datur iurisdicção iudici mercatorum in eorum causis, cumulative & non privative dari intelligitur, & ideo Prætor Florentinus in causis mercatorum etiam iudicare poterit: ita Decius conf. 3. n. 3. Similia congerunt Aret. conf. 102. & Barbat. conf. 59. col. 3. lib. 3. quos refert & sequitur Menoch. vbi supr. num. 4. vbi quod sic observatur Papie, vbi etsi mercatores habeant tribunal speciale, attamen Prætor non impeditur de causis mercatorum cognoscere, quoniam maior magistratus dicitur. Sequitur etiam loquens in consulis mercatorum Benuenti. in tract. de mercat. in quomodo procedendum sit in caus. mercat. in secunda particul. finaliæ partiæ num. 6. cum seqq. & prius in prima parte princip. n. 46. Tandem eandem sententiam in terminis nostræ legis eam allegans tenuit ac probavit ex præfata communi sententia Auend. vbi supr.

6 Regula etiam text. in c. generi per speciem derogatur de regul. iur. in 6. non procedit in iurisdictionibus favore publico, in illis enim melior est conditio occupantis, vt cum Bald. probat Marth. de Afflic. decis. in Neapol. 41. num. 2. Superiora adeo procedunt, vt etiam si noua iurisdicção concedatur per dictionem taxatiuam solum, adhuc per hoc non videtur sublata iurisdicção maioris magistratus, vt post Bald. consulti Decius d. conf. 3. n. 4. & est doctrina Angel. in l. 1. C. vbi & apud quem, sequitur la. in d. l. Titus textores, in princip. d. n. 29. in princip. & alios allegans Menoch. vbi supr. nu. 8. contra Ripam, quem reprobatur, & est ipsa veritas secundum Ioan. Gar. vbi supra in vers. facit præterea licet contrarium & non bene teneat vltra Rip. Felin. in cap. pastoralis, vers. limita tertio, de offic. ordinari.

8 His etiam non obstantibus contrarium est tenendum in specie nostræ legis, imo quod iurisdicção ab ea concessa Priori & Consulibus Burgenf. sit privatiue, non vero cumulative, ita quod ordinarij iudices in eisdem casibus minime se intromittere possunt in prima instantia: & hoc per nostram legem, in qua hoc expresse decifum existat in vers. Por la presente, ibi: A los quales mandamos no conozcan dellos, y los remitan ante los dichos Prior y Consules. Ex qua lege confunditur opinio contraria Auendan. vt euidenter patet, & nescio, quomodo contra tam expressa verba prohibitiua eiusdem legis, ipse illam tenuerit: quinimo idem probatur expresse in c. 12. eiusdem l. & prius cap. 2. quatenus ibi deciditur, Que de la sentencia, o sentencias que assi dixeren los dichos Prior y Consules entre las partes, si alguna dellas apelare, que lo puede ha-

zer para ante el Corregidor de la dicha ciudad de Burgos, y no para ante otra parte. Et ita merito hanc secundam partem ex nostra l. verissime contra Auend. tenuerunt Azeued. hic n. 10. & 11. & Ioan. Gar. vbi supra de nobilit. gl. i. num. 5. vers. ex quo fundamento.

Neque et obstat communis & magis recepta sententia supra pro priori parte adducta, quoniam illa vera est & procedit regulariter, quoties contrarium specialiter in aliquo casu non reperitur decifum, prout in vel statutum à iure communi vel Regio, prout est stabilium in nostra questione, per nostram leg. en el Prior y consules de la ciudad de Burgos, & in Consulibus de la vniuersidad de los Capitanes, y mercadores, y maestros de naos, y tratantes de la villa de Bilbao, vt cauetur in cap. fin. nostre l. & in terminis, quod regula præd. non procedat, vbi ex verbis statuti conferentis iurisdictionem aliud appareret, tenet Roman. vbi supr. & sing. 23. quem in hoc refert & sequitur Felin. in c. ceterum, num. 4. in 4. limitatione, de iudic. idem Felin. in d. c. pastorales, col. 2. vers. limita primo, de offic. ordin. & late Grammat. d. decis. 30. n. 9. sequitur Menoch. vbi supr. n. 8. & Azeued. hic num. 11. Vnde à fortiori etiam erit dicendum, si privatiue expresse sit data iurisdicção (vt in nostra lege) ita Ruyn. conf. 7. n. 6. lib. 4. quem refert & sequitur Menoch. vbi supr. num. 7. Et hæc est prima fallentia ad prædictam regulam generalem. Secundo eadem regula etiam fallit in domino feudi, per text. in d. c. ceterum, de iudic. vbi late DD.

Tertio fallit in causa etiam alicui specialiter delegata per Papam: nam in illa Generalis in provincia illa Legatus se intromittere non potest, vt est text. expressus de hoc in c. 2. de offic. legat.

Quarto limitat etiam Auendan. lib. 1. cap. 19. præf. n. 3. in vers. ex quo inferitur, quoties commissio aliquo delicto in terris dominorum, Rex mittere decreuerit iudicem commissarium: nam ex hoc tacite causam aduocare videtur, & dominus vel eorum iudices vltra non possunt se intromittere, vt in c. ceterum, de rescrip. & ibi DD. in cap. pastorales, & in cap. cum contingat, eodem titulo sequitur Azeued. in l. 1. tit. 1. n. 35. lib. 4. Nou. Collect. Reg. Verum est præstantior lex 2. in fin. tituli. 1. De los pesquisadores, lib. 8. Nou. Collect. Reg. quæ expresse disponit generaliter, vt quoties Rex miserit pro aliquo delicto puniendo iudicem, vulgo dicho Pesquisador, a alguna ciudad, villa, o lugar, en tanto que la dicha informacion se hiziere, que la iusticia sea suspensa del officio quanto en aquel caso, quæ lex licet id disponat durante tempore, quo informatio delicti fit, nihilominus praxis obtinuit, & sic semper, vt durante tempore commissio illius iudicis specialis, nec postea iudex ordinarius se intromittat in illa causa specialiter commissæ alteri per Regem, sed ipse, cui commissæ fuit, à quo appellatur ad superiores iudices tanquam criminalium, eorum quibus etiam absentes & contumaces se presentant & audiuntur.

Quinto limitat etiam communem sententiam Felin. in d. c. ceterum, num. 4. in 3. limitatione, in iudice dato in vna parte territorij, ex Abbate ibi (apud quem hoc non inuenio, sed potius contrarium) & Angel. in d. l. testamenta, sequitur Auend. d. c. 5. n. 11. in vers. quod limito, & Azeued. hic n. 11. & Felin. in d. c. pastorales, n. 1. in 1. limitatione.

Sexto etiam limitat idem Auendan. d. c. 5. num. 11. in vers. quod limito, quotiescumque competeret iurisdicção in certis generibus causarum, puta in causis messium

messium & damnorum, vel aquarum diuidendarum, aut panis vel carnis, quæ venditur: Nam huiusmodi iurisdicção semper competit privatiue ad alium vniuersaliter secundum Abbat. & Felin. quos refert in d. c. ceterum, alias intelligitur accumulatiua, quia interfect Reipubli. plures habere iudices. Quam limitationem sequitur etiam Azeued. hic n. 1. citans in idem Marth. de Afflic. decis. Neapol. 41. in fin. Hæc autem limitatio vera mihi non videtur, Primo, quia est contra ipsam magis communem sententiam, & nulla speciali ratione fulciti possit prædicta limitatio. Secundo, quia ego non reperio Abbat. nec Felin. citatos ab Auendan. hoc tenere. Tertio, quia Marth. de Afflic. ibi hoc non dicit, sed potius contrarium, distinguendo in hunc modum nempe vt si statutum dicat, quod de causis fiscalibus vel pupillorum aut viduarum cognoscat talis iudex regens qui habet generalem iurisdictionem, non possit se de talibus causis intromittere, vt voluit Bald. in l. vnic. s. vbi autem, C. de caduc. tollend. & quod est text. de hoc expressus in l. nequiquam, in secunda responsio: sane Fiscales causas, ff. de offic. Proconsul. secundum Paul. de Caltr. quem refert. Secus, inquit, videretur dicendum, si in fauorem causæ esset priuilegium, vt ibi per eum. Hodie tamen respectu Prioris & Consulibus Burgenf. per nostram l. d. c. 12. in distincte cautum est contrarium, imo quod ipsi cognoscere possunt, non vero alij iudices, de causis viduarum minorum, orphanorum, & de aliis casibus curiæ, dummodo sint de illis causis & negotiis, & in casibus, in quibus ipsi iuxta nostram legem cognoscere possunt. De illis etenim alij quicumque iudices cognoscere non possunt: & sic nullo modo hæc limitatio nec distinctio præfata locum habet in casu nostræ legis per supra dicta. Alias limitationes ad regulam præfata ponit Felin. in d. c. Pastorales, quæ apud ipsum sunt videndæ, ne videamur à proposito diuertere: superiores tamen ideo retulimus, quia sunt præcipue in materia, & vt ipsam breuiter resoluemus.

S V M M A R I V M.

- 1 Prior & Consules mercatorum Burgenf. an possint exequi suas sententias, quæ in rem iudicatan transferunt, an vero earum executio ad ordinarium iudicem eiusdem ciuitatis spectet, & n. seqq. eligitur affirmatiua sententia, & n. 3.
- 2 Executio pertinet ad ordinarium iudicem, habentem merum & mixtum imperium, & n. 5.
- 3 Consules electi à collegio mercatorum, habent iurisdictionem ordinariam.
- 4 Reitores ciuitatis, qui sunt iudices in causis appellationis, de quibus possunt cognoscere hodie vniuersaliter possunt exequi suas sententias, si executionem iudici à quo non renouerint in sua sententia.
- 5 Possunt etiam de nullitate ius sententia cognoscere simul cum ordinario, & quid si executionem eius iudici à quo renouerint, ibi & n. 7.
- 6 Reitores ciuitatis id possunt facere intra terminum sue instantiæ, in quo habent iurisdictionem, non vero eo lapsis, & n. 9. cum seqq.
- 7 Officium iudicis mercenarij deseruiens actioni extinguatur per sententiam, non vero officium nobile.
- 8 Instantia & iurisdicção Reitorum ciuitatis in causis appellationum pacto partiæ nec per restitutionem in integrum partem prorogari potest.

- 12 Index ordinarius post lapsum instantiæ Reitorum, solus exequitur eorum sententiam atque de eius nullitate cognoscit.
- 13 Auend. c. 6. prator lib. 1. n. 3. vers. & sic, ibi, nec per iudices deputatos, locus intellectus.
- 14 Executio prima sententiæ potest peti, etiam lata secunda eius reuocatoria per Reitores ciuitatis in gradu appellatiõis, quando est nulla hæc secunda, quia lata fuit finita instantia.
- 15 Idem est, si alia sententia sit nulla, si id euidenter patet, etiam si lata durante prædicta instantia.
- 16 Praxis mirabilis tunc seruanda.
- 17 Lata secunda sententia nulla per Reitores populi, an iudex ordinarius hoc declarans, possit iterum super meritis causæ pronuntiare, & n. 18.

Q V Æ S T I O XXV.

In l. 1. tit. 13. lib. 3.

Prior & Consules Burgenfes, vtrum suas sententias, quæ in rem iudicatan transferunt, possint exsequi, vel an iudex ordinarius debeat eas executioni mandare?

¶ V E R O secundo et circa eandem legem, an Prior & Consules mercatorum Burgenfium possint exsequi suas sententias, quæ in rem iudicatan transferunt, an vero earum executio ad ordinarium iudicem eiusdem ciuitatis spectet? Et in hoc Auend. lib. 1. de exsequen. mand. Reg. cap. 2. i. num. 11. vers. item ex dispositione, ibi, & in tantum, in ea videtur esse sententia, vt ad ordinarium tota hæc res executionis deferenda sit, inquit enim: Et in tantum hoc est verum, quod in casibus, quibus Consules & alij Reitores habent ex consuetudine iurisdictionem, non tamen possunt exsequi sententias. Quia et executio pertinet tantum ad ordinarium habentem merum & mixtum imperium, & ita notat Ang. in l. qui restituere, ff. de reuend. saltem quando debet exsequi manu militari, & ita notat Felin. in c. de cetero, de iud. Sequitur Calla in consuet. Burg. rubr. 1. in gloss. & Droitem, n. 78. Hæc Auend.

Hæc tamen ipsius opinio et in terminis nostræ legis vera quidem non est, nec tenenda: sed potius contraria, imo quod prædicti Prior & Consules Burg. possunt suas sententias super rebus ad eorum cognitionem pertinentibus latas exsequi, quæ transferunt in rem iudicatan, vt expresse decidit nostra l. 1. in c. 4. cuius verba sunt hæc: Otrósi, que las dichas sentencias que assi los dichos Prior y Consules dixeren, si no fueren apeladas, o despues reuocadas por esta nuestra carta damos poder y facultad a los dichos Prior y Consules de la dicha ciudad para que los puedan mandar executar, y mandamos al merino de la dicha ciudad de Burgozo a sus lugares tenientes, que executen y cumplan todos los mandamientos que sobre la execucion de las dichas sentencias para el fueren dados por el dicho Prior y Consules, &c. Habent etiam Consules electi à collegio mercatorum iurisdictionem ordinariam, vt post aliquos, quos citat, tenent Benuenti. de mercat. in tit. quomodo in caus. mercat. procedendum sit, secunda particul. ult. partiæ princip. n. 5. pag. 435. Ergo sententias suas exsequuntur, vt cum Lanfranc. probat Azeued. in l. 7. tit. 18. lib. 4. Nou. Collect. Reg. num. 94. Et in terminis per nostram l. ita tenet idem Azeued. in presen. n. 17. miratus Auendan. quomodo contra text. hunc expressa

expresse locutus fuerit. Ipse vero considero, quod Auend. non loquitur in terminis nostrae legis, nec de Priore & Consulibus mercatorum Burg. Sed simpliciter de Consulibus ciuitatis vel aliis Receptoribus & sic decurionibus, qui regunt ciuitatem, vt patet ex illis verbis. Et alij rectores, & dictio, alia, aliud, est repetitiua similium, vt est notum in iure, & sepius in nostris scriptis doctum.

5 Hi t̄ autem etiam de consuetudine habeant iurisdictionem, nihil mirum si suas sententias exsequi non possint, cum regulariter executio pertinet ad ordinarium iudicem habentem merum & mixtum imperium, vt probat Auend. *ubi supra* qui nostram l. non citauit, quia eius mentis non fuit loqui in terminis eiusdem legis, sed alias in Receptoribus & Senatoribus ciuitatis, qui suas sententias minime iure Regio antiquo exsequi poterant, sed earum executio ad ordinarium spectabat, vt ex pragmat. Vallisfol. an. 1537. probat Auil. in forma secreta *synodic. cap. 49. n. 18.* Quod hodie refertur in l. 7. tit. 18. lib. 4. *Non. Collect. Reg. ibi: T lo que effos assi determinaren sea firme y executado por la iusticia ordinaria: postea tamen in ead. l. ad fin. aliud nouius cauetur: nempe quod ipsi iudices qui in causa appellationis sententiam protulerunt, eam statim exsequantur, vt patet ibi: Mandamos a los dichos jueces, que de s̄p̄s de dada la dicha sentencia y pronunciada en regimien to la executē luego sin dilacion alguna, lo penas, & c. Hoc enim est nouiter prouisum & additum legi Ordinamenti veteris per Philip. Regem nostrum in *Palladolid.* anno 1558. petitione 20. vt patet ex additione marginalia, ibi: *super imposta, & per dictam legem hoc nouissime tenet Azeued. ibi n. 93. in parte, Mandamos a los dichos jueces, seu n. seg. & n. 128. in parte executē luego, id limitans, quando decuriones in sua sententia prout quotidie fit) executionem iudici à quo remiserint. Si enim hoc non fecerint, cum ipsi Rectores ordinarij sint, sententiam suam exsequi possunt, vt ibi etiam iure communi probat in iudicibus ordinarijs Quinimo t̄ poterunt de nullitate suae sententiae cum ordinario ipso, cum quo executio facienda est, cognoscere & iudicare, vt ibi ipse tenet & prius in l. 2. glof. 1. tit. 17. lib. 4. *Non. Col. Reg. n. 4. cum segg.* limitans nisi in sententia executionem eius remiserint iudici à quo, quasi tunc non liceat Receptoribus cognoscere de nullitate suae sententiae, cum executionem eius iudici à quo remiserint: fateatur tamen in d. l. 2. n. 5. ad fin. quod quamuis haec vera sint, in praxi tamen id non esse obtentum: sed potest agi semper de nullitate sententiae Receptorum populi coram ordinario loci tantum, eis omissis & de nullitate non cognoscentibus fortassis, quia à partibus de his non curatur, vel quia adherent verbis d. l. 7. ibi, *sea firme y executado por la iusticia ordinaria: solum de ordinario loci haec verba intelligendo: haec omnia incidenter veniunt, vt intelligamus Auend. ubi supra.* locutum fuisse alio casu, quam in terminis nostrae l. ac proinde recte intellectum reprehendi non meruisse, quandoquidem in suo casu tunc temporis iudice locutus fuerit.**

7 Attamen t̄ iam quod haec tetigimus, non immerito aduertendum erit. Primo, quod si Rectores in sua sententia executionem eius remiserint iudici à quo nihilominus poterunt de nullitate eius cognoscere, simul cum ordinario: Contraria enim opinio supra modo relata mihi non placet, ea nempe ratione, quod executio sententiae & cognitio de

nullitate ipsius, diuersa omnia sint, non vero contraria: bene enim se comparatur quod index à quo sententiam Receptorum exsequatur, si valida sit, ex remissione sibi ab eisdem facta, & quod ipsi Rectores prius ad petitionem patris de nullitate ipsius cognoscant: nisi sententia fuerit declarata nulla ab eisdem, nihil superest exsequendum, quia quod nullum est, executionem non meretur, l. 4. §. condemnatum, & ibi omnes DD. ff. de re iud. Si vero valida declaratur, sicque nullitatem praesentem locum non habere, tunc remissio executionis iudici à quo facta, sortitur effectum: itaque intentio Receptorum remittentium executionem suae sententiae iudici à quo, non fuit abdicare à se cognitionem nullitatis tempore debito intertrahere coram ipsis, sed tantum executionem: ergo remittendo hic iudici à quo, non sunt visi & cognitionem nullitatis quoque remittente, quia verba seu actus agentium non debent operari ultra intentionem eorum, vt in l. non omnis, cū siml. ff. si cer. par.

Secundo t̄ obseruandum erit, ita demum Rectores ciuitatis simul cum iudice ordinario posse cognoscere de nullitate suae sententiae in gradu appellationis ab eisdem lata, si nullitas ipsa inuenitur coram eis intra decem dies proxime & immediate sequentes post 30. dies, qui à l. Regia dantur ad concludendum in causa in dicto gradu appellationis, & sic eo tempore, quo adhuc durat instantia & habent iurisdictionem, ita quod eo tempore durante possint cognoscere de nullitate, & sententiam super ea pronuntiare, annullando suam sententiam, si nulla sit, & alia iustitiam validam vel similem, si iusta sit, pronuntiatio intra eosdem decem dies: quia cum sint iudices ordinarij & dati à lege, quo casu iurisdictione est ordinaria, vt notatur in c. suspensio, de officio legat. possunt de nullitate suae sententiae cognoscere, vt in l. si expressim. ff. de appellat. c. in l. 4. & ibi glof. C. de accusat. c. in l. 8. vt proponit, & ibi DD. C. quomodo & quando iud. Secus vero erit, si isti decem dies essent elapsi: tunc enim iam non sunt iudices, imo perempta instantia sunt priuatae personae, & non potest coram eis agi de nullitate: ita in terminis & verissime meo iudicio probauit Auend. *resp. 26. n. 8. ibi, Quod significat, & in n. 9. quod probat, tametsi Azeu. in d. l. 2. tit. 16. lib. 3. Non. Collect. Reg. n. 5. aliud visum fuerit, existimanti verbaliter videri praedictam distinctionem Auend. cum iurisdictione ad exsequendum daretur etiam diebus illis elapsis, si iudici ordinario loci non sit remissa: & si durat, de nullitate possunt cognoscere, cum ex hoc pendeat, an sit exsequenda sententia, nec ne. Nam t̄ meo iudicio, hoc fundamentum nō subsistit nec verum est, vt pote nullo iure probatum: quinimo contra d. l. 7. tit. 18. de las appellaciones, lib. 4. iunctis his, quae latissime circa eam legem in proposito adduximus in nostro tractatu de Iurament. Confirmat. 3. part. cap. 5. n. 11. cum sequen. Licet t̄ enim officium mercenarium deseruiens actioni, extinctum sit per sententiam, vt in l. iudex postea quam, ff. de re iudic. non vero nobile, vt per Bart. ibi, & ita secundum Alex. ibi n. 5. quoad exsequendum non finitur: quod refert & sequitur Azeued. in l. 1. n. 38. tit. 16. c. in d. l. 7. tit. 18. num. 93. lib. 4. Quo fundamento motus idem auctor in d. l. 2. n. 5. tit. 17. de las nulidades, lib. 4. tenuit contra Auend. *ubi supra* vt ex eius littera patet: hoc verum est & procedit in iudice ordinario, cuius iurisdictioni vel instantiae terminus status ac praesens non sit: at vero in Receptoribus ciuitatis vel villae, quibus in gradu appellationis in casibus, in quibus cognosce*

cognoscere possunt per d. l. 7. tit. 18. terminus est impositus ab eadem lege eorum iurisdictioni & instantiae, ita vt illo transacto non remaneat iudices, sed priuati. Hinc est, vt eorum instantia t̄ iurisdictione pacto partium prorogari non possit, nec restitutio in integrum aduersus lapsum eius competat minoribus, vt late probauimus *ubi supra*. praecipue n. 10. & 11. cum segg. n. 17. Ergo quamuis hi Rectores possint exsequi suam sententiam, vt in d. l. 8. in fin. & praeterea cognoscere de nullitate ipsius, intelligi debet iure optimo, durante termino suae instantiae & iurisdictionis, & sic decem dierum: secus vero post, cum eorum sententia diffinita prima post dictos decem dies prolata eadem ratione sit nulla, vt probauimus *ubi supra*. Ergo & lata super nullitatis causa & executio prioris facta post dictos decem dies non valet, ac proinde exsequi non poterunt post dictos decem dies suam sententiam, nec de nullitate eius cognoscere post dictos decem dies, sed tantummodo intra eos ob defectum iurisdictionis, vt optime probauit Auend. *ubi supra*, & nos quoque idem tenuimus d. c. 5. n. 14. & nunc libenter idem profitemur & sententiam proculdubio. Et t̄ post praedictos decem dies exsequatur sententiam praefatam decurionum praetor ciuitatis vel villae, & etiam ipse solus eo casu cognoscat de nullitate dictae sententiae. Et hanc opinionem, nempe quod iudices consistorij in causis appellationis, de quibus possunt cognoscere, possint cognoscere de nullitate suae sententiae, intra terminum tamen dictorum decem dierum, memor sum iam sic Ciuitatem in praxi deductam fuisse, & accepi sepius idem practicari: Nec obstant verba illa d. l. 7. per la iusticia ordinaria, quia hoc per Philip. nostrum extensum est ad ipsos Rectores, vt praediximus.

13 Et iuxta praedicta t̄ est intelligendum idem Auend. d. c. 6. praet. lib. 1. n. 3. in vers. & sic ibi, nec per iudices deputatos, dum tenet simpliciter, quod iudices deputati à Concilio, non possunt ferre sententiam super nullitate, si semel lata est in causa appellationis: imo quod index à quo debeat adiri, vt de executione suae sententiae cognoscat, & incidenter coram eo causa nullitatis tractabitur, ex doctrina Bart. in l. sub conditione. §. i. ff. de condit. insti. Hoc enim recte procedit transactis praedictis decem diebus datis decurionibus à praedicta l. 7. ad causam decidendam: secus illis durantibus, per suam praedictam. Et t̄ quod lata sententia in causa appellationis reuocatoria prima, quando secunda sententia est nulla, quia fuit lata finita instantia, possit peti executio prima, quia transit in rem iudicatam, probat alios referens Alex. *conf. 39. n. 7. lib. 4.* Et in hoc casu inquit Auend. *resp. 26. n. 8. vers. confitio*, quod iudices praedicti sententiam nullam proferentes tenentur ad tranfictam fiscalem & interelle cause, ex cap. 95. in curia de Palladolid, hodie est l. 7. tit. 18. lib. 4. *Non. Collect. Reg. ibi: T mandamos al dicho juez. Quae t̄ lex non solum procedit in casu, quo loquitur, nempe quando praedicti Rectores sententiam diffinitiuam non proferunt in causa intra decem dies, post triginta datos ad concludendum in eisdem etiam si intra praedictos decem dies sententiam nullam proferant, idque euidenter ex actis appareat: quia perinde est ac si non esset pronuntiatum, vt probat Auend. *ubi supra* n. 6.*

14 Vnde t̄ nota mirabilem praxim, quod si tunc pars, quae obtinuit posteriolem praedictam sententiam, opponit de ea, replicabit alia de nullitate

ipsius, & sic index à quo aditus pro executione suae sententiae, cognoscat incidenter de causa nullitatis secunda sententiae: iuxta opinionem praedictam Auend. intellectam, vt *supra*. lapsus scilicet decem diebus praedictis, & sic finita instantia secundae: namque durante, coram omnibus iudicibus, qui secundam sententiam protulerunt, agendum est de nullitate, vt resoluimus; sed meo iudicio est melior modus intendendi petere executionem prioris sententiae, quia transit in rem iudicatam, non obstante secunda sententia, quia nulla fuit, vtpepe lata finita instantia, vel alia ratione legitima, quam incipere agendo de nullitate principaliter de secunda sententia, quamuis uterque modus iuridicus sit. Contra hanc t̄ sententiam Auend. d. cap. 6. num. 3. in vers. & sic, & in dicta *resp. 26. n. 8. in fine*. Et praxim superiorem tenet nouissime D. Azeued. in l. 2. tit. 17. *infra hoc lib. 4. n. 9.* quod in hac specie si aduersarius, in cuius fauorem Rectores protulerunt praedictam sententiam nullam, petierit in euentum nullitatis praedictae sententiae pronuntiare aliam similem validam super iustitia vel iniustitia cause principalis, iudex praedictus de nullitate cognoscat, possit & teneatur cognoscere de iustitia vel iniustitia cause, & de nullitate sententiae: tum ex comuni opinione, quae habet, quod iudex cognoscat de nullitate sententiae, potest & debet cognoscere de meritis cause: tum etiam quia sententia prima iudicis ordinarij exsequi non debet aliter, quam per Receptorum sententiam quantumcunque nullam: ea igitur annullata, habet ordinarius iurisdictionem super meritis cause: imo si hoc non fecerit, ab eo poterit appellari.

Haec tamen noua opinio ex praedictis vera non videtur: nam si sententia decurionum lata in gradu appellationis intra dictum terminum decem dierum, est euidenter nulla, vt supponimus; petinde habetur, ac si non fuisset pronuntiat: ac proinde ipsi tenentur parti laesae ad interesse, ac si non pronuntiaissent intra dictos decem dies. Si igitur solueret tenentur parti interesse prior sententia transit in rem iudicatam. Praeterea & quia respondendo ad primum fundamentum contrarium communis sententiae, cui innititur Azeued. vera quidem est ac recte procedit regulariter, nempe in casu, quo iudex cognoscat de sua sententia vel inferioris nullitate, cum tunc habeat iurisdictionem ordinariam, vel in prima, in secunda aut vltiori instantia per appellationem ad cognoscendum in in consequentiam de meritis cause: at vero procedere minime potest in nostra specie, in qua est iudex ordinarius simul cum Receptoribus in gradu appellationis, possit cognoscere de iustitia vel iniustitia cause principalis: attamen lapsa iam & perempta illa instantia, per lapsum termini sententia secunda reuocatoria lata per decuriones in ea, nulla euidenter existente, iudex ordinarius exsequitur sententiam suam primam principaliter: non quidem tanquam in gradu appellationis, quia is per lapsum termini à lege Regia eidem signati, finitus fuit, sed tamen ordinarius loci in alia noua prima instantia, pronuntiatio incidenter super nullitate sententiae decurionum: At vero cum sententia prima ordinaria valida extincta appellatione, & sententia in eius gradu lata nulla existente, remaneret firma, idem iudex non poterit reuocare suam sententiam huiusmodi, quia esset proferre sententiam contra sententiam transactam in rem iudicatam, ac per consequens faceret nullam

nullitatem notoriam, l. 1. C. quando pro non est ne-
ces. l. 1. v. n. 1. & l. 13. tit. 2. p. 3. Sicque lites breuio-
res in longius tempus protenderetur. Quod si pri-
ma sententia fuerit etiam nulla, poterit contra
eam de nullitate agi intra 60. dies, & a sententia
lata super hac nullitate, iterum de nullitate agi
non poterit, sed tantum ab ea appellari, vt in l. 2.
tit. 17. lib. 4. Nou. Collect. Reg.

Quinimo eadem ratione existimo appellari posse
a sententia iudicis ordinarij (coram quo fuit pe-
cita executio suae sententiae, & de nullitate inci-
denter actum contra sententiam decurionum, iux-
ta superiorem praxin ac sententiam Auendan.) la-
ta in hoc iudicio, si ipsa iniusta fuerit, & super hac
tantum iniusta causa iterum per appellationem
deferretur ad consistorium, in quo de iniustitia
huius vltimae sententiae iudicis ordinarij, vel de
iustitia eius ageretur, non vero de prioris sententiae
meritis, cum transferit iam in rem iudicatam. Sec-
undum fundamentum in contrarium adductum,
nihil, quod astringat, concludit, quinimo ex praecedentibus
proxime remanet dilucum: cum prima
sententia transacta in rem iudicatam, debet etiam
exsequi absque secunda sententia decurionum,
quae tunc temporis non est necessaria.

S V M M A R I V M.

1. *Causa decimales & aliae spirituales tractanda sunt apud iudicem Ecclesiasticum.*
2. *Sed hoc procedit, quoties questio iuris in eis vertitur, si vero questio facti sit, ad vtrumque iudicem Ecclesiasticum & laicum cognitio earum pertinet.*
3. *Questio iuris in causis spiritualibus & eis annexis, etiam inter laicos, non tantum principaliter, sed nec etiam incidenter coram iudice saeculari agi potest.*
4. *Quod si prius causa temporalis coram iudice laico coepa esset, si spiritualis postea illi praedicialis coram iudice Ecclesiastico introduceretur, in huiusmodi specie cessare debet temporalis, quo- usque finiatur spiritualis.*
5. *Cap. tuam, de ordin. cognit. intellectus.*
6. *Causa praedicialis inuematam facit quiescere omne iudicium vt hic.*
7. *L. 5. tit. 1. lib. 4. Nou. Collect. Reg. intellectus.*
8. *Cap. 20. sess. 24. sacri Concilij Trident. intellectus.*
9. *Ecclesia vel clericus duos potest habere iudices contra laicos, cum questio facti vertitur super decimis.*
10. *Conductores decimarum non potest conueniri, actione personali ex locato ad mercedem coram iudice Ecclesiastico.*
11. *Conductores decimarum recte eas exigere possunt coram iudice Ecclesiastico aduersus laicos decimare debentes.*
12. *Conductor laicum fructuum & reddituum beneficiorum conuenire non potest alium laicum, emptorem vel conductorem decimarum illius beneficij coram iudice Ecclesiastico, sed tantum coram laico competentis sub panis legum huius Regni.*

Q V A E S T I O XXVI.

In l. 5. tit. 1. lib. 4. Nou. Collect. Reg.

Verum causae decimales & aliae spirituales semper & indistincte tractandae sunt apud iudicem Ecclesiasticum?

QUAEIRO circa haec l. an semper & indistin-
cte & causa decimales & aliae spirituales tractandae
sunt apud iudicem Ecclesiasticum? Et videtur id in-
dubium ex nostra lege ibi: *Excepto en las causas crimi-
nales, beneficiales, decimales y matrimoniales, &c.*
Nam cum haec lex in sui principio prohibuisset
laicos conueniri posse per aliquem iudicem Ec-
clesiasticum in capite Episcopatus vel Archiepis-
copatus, pnes tamen viros iuues inferiores ante quien
en los casos permitidos de derecho los pueden demandar:
excipit nunc praedictas causas simpliciter & indistin-
cte: Ergo siue questio sit iuris facti rei spiri-
tualis, ad Ecclesiasticum iudicem semper pertinet
cognitio eorum: & in terminis attempto iure com-
muni, hoc probatur Cum an. Ioan. de Imol. &
quidam alij contra Bart. ibi in l. Titia. ff. sol. matrim.
quorum opinionem communem esse contra Bart.
testatur Franciscus de Aret. in l. omni uocatione ces-
sante. col. 2. n. 2. C. de sacros. Eccl. prout eos refert, li-
cet non sequatur D. Anton. de Padilla in l. 1. n. 57.
circa fin. vers. qnamuis, C. de iur. & facti. ignor. & inquit
D. Couart. in 4. de spons. 2. par. c. 8. §. 12. n. 3. quod con-
sultus res ageretur, si oblata incidenti super matrimo-
nio vel alia causa Ecclesiastica quaestione etiam
facti totam iudicem saeculari, is, cuius interest, ad
Ecclesiasticum iudicem accesserit, ab eoque petie-
rit, vt illius quaestionis cognitionem assumat at-
que iudicem laicum inhibeat, ne in ea etiam inci-
denter procedatur: tunc enim si iudex saecularis non-
dum cepit id negotium tractare, Ecclesiasticus ci-
tatis his, quos id tangit, eandem incidentem cau-
sam expediet, vt consuluit Gerard. singu. 96. Et praedi-
ctae primae sententiae fauere videtur S. Conci-
lium Trident. sess. 24. cap. 20. de reforma. ibi, *Ad hoc
causae matrimoniales & criminales non Decani, Archidiaconi,
aut aliorum inferiorum iudicio etiam uisitando, sed
Episcopi tantum examini & iurisdictioni relinquun-
tur, &c.* dum simpliciter & indistincte id ita deter-
minat, & in causa decimali indistincte, quod iudex
Ecclesiasticus cognoscat contra laicos, tam quoad
quaestione iuris quam facti, pluribus iuribus probat
D. Suarez de Paz. in sua praxi Ecclesiast. in 2.
praxi. 2. tom. n. 2. fol. 7. col. 4. ad fin. vers. cognoscat etiam
iudex Ecclesiasticus, & allegat S. Concilium Trid.
sess. 25. de reforma. c. 12. ibi, *Aut quia ab alijs soluendas
remere occupant, & ibi: Qui eas dare noluerim, aut
dantes impediam, vt alienas inuadunt, & ibi: Qui vero
eas subtrahunt aut impediant, excommunicantur:* citat
etiam Nauarr. in manual. Latin. c. 12. n. 32.

Sed quod nihilominus in hac specie distinguendum
est, vt siquidem quaestio iuris sit atque vertatur in
causis spiritualibus, tunc ad iudicem Ecclesiasti-
cum tantum, non vero ad saecularem pertinetat
cognitio: si vero de quaestione facti agatur, ad vtri-
que iudicem spectat, ita enim distinguit Bart. in l. 2.
col. 2. n. 4. ff. de iurisdic. omni. iud. vbi Ctr. n. 48. testa-
tur, hanc distinctionem esse communiter appro-
batam & de consuetudine receptam, Orosc. n. 17.
Tenuit quoque idem Bart. in l. Titia. n. 6. & 7. ff. sol.
matr. & ibi communiter DD. Idem Bartol. in l.
quoties. col. 1. vers. tamen ego consueui. C. de iudic. & ibi
communiter DD. & vltra ordinarios vtrouiq; hanc
distinctionem testatur communiter approbatam
plures citans D. Couar. vbi supr. & infinitos aucto-
res allegans D. Anton. de Padilla, vbi supra dicens
esse

esse veram & communem, & quod eam ex consue-
tudine obseruari in mundo asseruit Bald. in l. filium
eum. de summo. n. 13. ff. de his, qui sunt sui vel alieni. iur.
Auiles in c. 50. Prator. in gloss. v. par. 10. am. & tunc
communis, verissima & tenenda, vt late deduximus
in nostro tract. de Iuram. Confr. 1. par. c. 2. n. 35.

Quod si adeo procedat, vt causa spiritualis vel
spirituali annexa, etiam inter laicos, non tantum
principaliter, sed neque incidenter coram saeculari
iudice agi poterit, & intellige super quaestione iuris,
vt alios citans probat & tenet Azeued. in l. 10.
n. 43. infr. eodem.

Quinimo etiam si prius coram iudice laico
coepa esset causa temporalis, si spiritualis, postea
illi praedicialis coram iudice Ecclesiastico intro-
duceretur, cessare debet temporalis, siue sit prius
vel posterius intentata, quouique finiatur spiri-
tualis. Hic est textus famosus in materia in cap. tuam,
de ordin. cognit. cuius verba sunt haec: *Tuam non
credimus latere prudentiam, causam natalium Regiae
Cyprae ad examem nostrum (votum), que ad forum
Ecclesiasticum pertinet) esse delatam: & quia vero
antequam natalium causa determinata esset, dependen-
tem ex illa successione causam incipere, nihil aliud esset
quam diuersis processibus intricare negotium & confu-
sione quadam iudicij ordinem perturbare, mandamus,
quatenus si forte ab ipsa Regina fuerit super hoc re-
quisitum, donec dicta causa natalium Apostolico iudi-
cio finem accipiat, patienter expectet.* Et si quamuis
illi euidenter minimè constet, an causa tempora-
lis prius fuerit intentata, vel post spirituales, ra-
tio illius text. militat in vtroque casu: quia per
id, quod iudicabitur in praediciali, constabit,
quid faciendum sit in causa successione, quae ab
ipso dependet. Itaque vtroque modo procedit tex-
ille, siue causa temporalis praecedat, siue subse-
quatur praedicialis spirituales, cum ab hac illa
dependeat, secundum Abb. ibi n. 7. post Innoc. &
probat in c. labor, qui sibi sunt legitimi. Imo idem
patet ex d. citam, iuxta intellectum glossae secun-
dae ibi, fuit n. ibi prius actum de successione cor-
am iudice saeculari, & oppositum facti a reo de
natalibus actoris: & haec est communis lectura
illius text. secundum Abb. ibi n. 7. & resoluimus
verumque d. c. 2. n. 13. & 14. vbi etiam n. 11. cum
legg. praecipue num. 15. quod si causa praedicialis
intentata facit quiescere omne iudicium prius, siue
postea fuerit intentatum, siue civile, siue crimi-
nale: & quod tunc inhibito iudicis Ecclesiastici
super eodem facta iudici saeculari, valeat & teneat
siue iusta.

Superioribus si non obstat nostra lex Regia,
dum simpliciter & indistincte disponit praedictas
causas ad forum Ecclesiasticum spectare: hoc enim
procedit in casibus a iure expressis, vt patet ex ver-
bis praecedentibus eiusdem legis, ibi: *En los casos
permittidos de derecho.* Neque quod DD. nonnulli
supra citati priorem sententiam tenuerint: nam
vetior & magis communis sententia proculdubio
contrarium habet cum distinct. Bart. secundo lo-
co posita, vt vidimus.

Non etiam t. obest d. c. 20. sess. 24. Concil. Trid.
quia eodem modo debet intelligi atque iuxta do-
ctinam communem distingu.

Neque etiam quod ex Suarez de Paz adduxi-
mus in causa decimali: nam fatemur, quod Eccle-
sia vel clericus duos ad hoc iudices habere potue-
runt, cum quaestio facti vertitur super decimis con-
tra laicos, eas soluere recusantes, cum tantum de
hoc agitur, an decimae sint solutae, vel an teneantur

ille soluere vel alius (non autem de iure decima-
rum) vt cum Feder. de Senis conf. 245. tenet D. Cou-
uat. in pract. quaest. c. 35. n. 2. dicens se non admitti-
re quandam opinionem tenentium hoc casu, cau-
sam contra laicum solum pertinere ad iudicem sae-
cularem, quia videt posse laicos ad solutionem dec-
imarum censuris & aliis modis per Ecclesiasti-
cum iudicem compelli, vt ibi probat, quod & nos
secuti fuimus lib. 1. Canon. 99. c. 33. n. 50. & postea
Azeued. in l. 10. eod. num. 78. in prin. Et hoc modo
intelligendus est D. Paz, vbi supra, & capita Conc.
Trid. quae ipse allegat probantia, recusantes sol-
uere decimas, aut dare impeditentes, occupantes
vel usurpantes, excommunicandos esse: non enim
ex hoc prohibetur petitio decimarum a laicis cor-
am saeculari iudice, quoties quaestio facti tantum
vertitur.

Ex supra dictis deduci videtur, conductorem
laicum decimarum non posse conueniri apud iudicem
Ecclesiasticum, actione personali ex locato
ad mercedem, quia tunc non agitur de restitutio-
ne rei Ecclesiasticae vel spiritualis: hoc est, de dec-
imis soluendis, sed de soluendo pretio in locatio-
ne conuenito: conueniendus igitur erit pro eo apud
iudicem laicum: quod si apud Ecclesiasticum cite-
tur, poterit iudicium ipsius declinari, nisi in con-
ductionis contractu se submiserit iuri iurisdictioni
Ecclesiae, censuris & aliis Canonice legibus aut
iuramentum de pretio soluendo praestiterit, vt re-
cte probauit Couar. vbi supra d. n. 2. versic. 5. &
post eum alios allegans in conductore fructuum
loquens decif. Pedemon. 32. per 101. quos nos secuti
fuimus d. c. 33. Canon. 99. n. 39. & nouissime post
nos D. Azeued. in d. l. 10. infr. eod. n. 58. dicens, ex
consuetudine tribunalium Ecclesiast. quorum no-
ticia ipse habet, similes conductores conueniri
coram Ecclesiast. iudice, pro eorumdem fructuum so-
lutione, siue se submiserit iurisdictioni Ecclesiast.
siue non, quantumuis declinetur iurisdictioni Eccl-
esiastica: & quod sic vidit pluries causas similes re-
missas Ecclesiastico per cancellarium Vallisolei, in
illa Pabricintia ciuitate, & sic consuluit consuetu-
dinem esse probandam: quod ego necessarium dico,
aliam seruandam erit, quod praediximus. Forte in
casibus, in quibus vidit Azeued. partes se submi-
serant iurisdictioni Ecclesiasticae, vel iuramentum
praestiterant de soluendo pretio contractus loca-
tionis & conductionis: quia in illa ciuitate est
quidam tabellio specialis titulo Regio creatus ad
conficiendas obligationes reddituum Ecclesiasticorum,
qui vulgo appellatur *Escriuano de rentas Ecclesiasticas*:
hunc autem credendum est adiciere in
praedictis obligationibus iuramentum, vt potest
iuxta l. 11. in fin. tit. lib. 4. Nou. Coll. Reg. vel partem
submissionm iurisdictioni Ecclesiasticae: sique
nil mirum, quod iudex Ecclesiasticus conducto-
res huiusmodi compellat ad solutionem pretij con-
ductionis decimarum conueniti: & quod Pinciana
cancellaria remittat causas huiusmodi ad iudicem
Ecclesiasticum. Quod si adhuc hoc cessante, con-
suetudine legitime praescripta introductum illud
sit, idque probetur, non dubio valere huiusmodi
consuetudinem: ipsa tamen cessante, tenendum est
quod praediximus. Hic Ciuitatem, non adest talis
consuetudo, quihimo semper huiusmodi con-
ductores conueniuntur, si sunt laici coram iudice sae-
culari, non vero coram Ecclesiastico, quia se obli-
gant coram tabellionibus del numero, & non iu-
rant nec se submittunt iurisdictioni Ecclesiae: quo
iure vtiuntur quotidie.

- 17 Conductores tamen ipsi decimarum eas re-
cte exigere possunt, virtute cessionis sibi factae,
hoc est, del arrendamiento, o recudimiento aduersus
laicos decimare debent coram iudice Ecce-
lesiastico, qui competens est cause decimalis,
cum quæstio iuris vertitur: quia iudex laicus inca-
pax est huiusmodi cause spiritualis: præterquam
si agatur, an decimæ sint solutæ, vel an teneatur
ille soluere vel alius: quia tunc non tantum laicus
conductor, sed & ipsi clerici poterunt apud iudi-
cem sacularem laicum solutionem decimarum re-
culantem compellere ad eas solendas: secus si
agatur de iure decimandi, vel de exemptione aut
priuilegio ab earum solutione liberante, vt prædi-
ximus cum Couart. Sed hic Ciuitatem praxis obti-
nit, vt conductores decimarum conueniant regu-
lariter & indistincte laicos decimarum solutione re-
culantes coram iudice ordinario loci Ecclesiastico.
- 18 Conductor tamen laicus fructuum & redi-
tum Ecclesiasticorum alicuius beneficii conuenire
non poterit alium laicum emptorem vel condu-
ctorem decimarum illius beneficii coram iudice
Ecclesiastico, sed tantum coram laico competenti
sub pœnis legum huius Regni. Quia mutatione
personarum mutatur & qualitas, & perditur priui-
legium rerum Ecclesiasticarum, vt in terminis di-
cit se obtinuisse D. Castil. in l. 6. Taur. in glos. de
qualiter calidat & in l. 13. Taur. in glos. 24. horas,
vers. Ex quo inferitur. Quod secuti fuimus dist. cap.
33. Canon. 99. n. 49. & nunc quoque probat Azeu.
in d. 10. infr. eod. n. 59.

S V M M A R I V M.

- 1 Ecclesia, monasteria, Ecclesiasticaque persona ha-
bentia super redditibus Regiis quacunque iura si-
suata, non possunt conuenire laicos receptatores,
Regios conductores vel alios Collectores super
eisdem coram iudicibus Ecclesiasticis sed tan-
tum coram iudicibus secularibus. Regiis sub pœna
amissionis, vt cauetur legibus Regiis hic citatis
que valide sunt.
- 2 An idem procedat in capellanis, monasterio vel
hospitale fundatis vel erectis cum consensu &
auctoritate Episcopi ex redditibus temporalibus,
& num. segg. eligitur opinio negatiua, & am-
pliatur mater. 3. in redditibus annuis de nouo
emptis subrogatis in locum redemptorum.
- 3 Subrogatum sapie naturam subrogati.
- 4 Conductores laici decimarum vel fructuum Ecce-
lesiasticorum conueniri non possunt pro mercede lo-
cationis coram iudice Ecclesiastico.
- 5 Quod resoluimus in questione principali de qua n.
2. procedit in redditibus fundatis & constitutis
super rebus primarum: secus in iuribus Regiis.
- 6 Bona patrimonialia Clericorum non gaudent priui-
legio Ecclesiastico.
- 7 Quod procedit etiam in patrimonio clerici, ad
cuius titulum sacrum ordinem recepit.

Q V Æ S T I O XXVII.

In l. 6. tit. 1. lib. 4. Nou. Collect. Reg.

Reditus temporales Ecclesiarum, &c. an
possint exigi contra debitores laicos
coram iudice Ecclesiastico?

VERO, Hac l. cauetur, que las Iglesias y mo-
nasterios, clericos y capellanes del Rey, que tu-

uieren priuilegios de los Reyes, de mercedes, o limosnas, o
diferos, o de otros derechos, non possunt super eis &
ab eis dependentibus conuenire laicos, receptores
Regios, conductores vel alios collectores coram
iudicibus Ecclesiasticis, sed coram iudicibus sæcu-
laribus Regiis, sub pœna amissionis sic concessio-
rum: quod etiam ad literam cauetur in l. 10. tit. 7.
infr. l. 9. huius Nou. Collect. Reg. vbi generalius præ-
cipitur, Que las Iglesias, monasterios, clericos, o perso-
nas de orden, y otras qualesquier Ecclesiasticas que han
y tienen de los Reyes qualesquier maravedis y doblas, y
florines, y otras qualesquier cosas, por qualesquier priui-
legios y mercedes, situados y saluados en qualquier ma-
nera o que los ouieren y han de auer por carias Reales
de libramientos, los demandan ante los iuezes Reales
seculares, y no ante los Ecclesiasticos, ni sus conseruadores,
so pena de perderlos: que lex valida est neque Cano-
nibus expresse aduersatur secundum Mencha. de
succes. creat. §. 26. n. 66. & cum eo transit nouissime
Lafarte de Molin. de decim. vendit. c. 18. n. 9.

Quid si Ecclesiastica capellania, monasterium
vel hospitale sit fundata, constructa, erecta, fun-
datum vel constructum aut erectum ex redditibus
temporalibus, cum consensu & auctoritate Episcopi
ordinarij loci, vel postea confirmata vel confir-
matum ab eodem, an Ecclesia huiusmodi, capel-
lanus & æconomus dictæ Ecclesie, monasterij vel
hospitalis præd. possit conuenire laicos prædicit.
annuos reditus soluere debent, coram iudice Ecce-
lesiastico ordinario loci, sine incurfu pœnæ no-
stræ leg. vel an teneatur eos conuenire coram suo
iudice seculari sub pœna huius legis? Et videtur
primo, esse conueniendos coram iudice suo sæcu-
lari: tum ex nostra lege, tum etiam, quia regulari-
ter actor debet sequi forum reitum & tertio, quo-
niam bona & reditus, quibus fuit fundata vel ere-
cta prædicta Ecclesia, capellania, hospitale vel
monasterium, erant temporalia & profana, ac de
iurisdictione Regiæ ac proinde laici eorum debi-
tores pro eisdem conueniri deberent coram suo iu-
dice seculari, non vero coram Ecclesiastico. Per ap-
probationem igitur vel confirmationem Episcopi
iurisdictione Regiæ præiudicari nõ debet sine volu-
tate & consensu ipsiusmet Regis, iuxta regul. id.
quod nostrum de reg. iur. & in l. 1. §. ff. de pati. cum. simit.

Nihilominus tamen contrarium in nostra spe-
cie censet esse iure verius & tenendum, nempe in
debitibus reddituum annuorum redimibilibus
vel perpetuorum pertinentium ad Ecclesiam, ca-
pellaniam, monasterium vel hospitale constructum,
erectum vel confirmatum auctoritate Episcopi, ex
donatione & fundatione ipsius, prout in terminis
tenet D. Azeued. in l. 10. infr. eod. n. 46. Quod præma-
xime procedit, si in erectione vel confirmatione
Ecclesie, capellæ, monasterij vel hospitalis, Episcopus
vel eius Vicarius bona ipsa temporalia in
spiritualia & Ecclesiast. commutauerit & trans-
fuderit, prout sapissime factum vidi in capellanis
erectis auctoritate Episcopi vel eius Vicarij. Cum
enim aliquid est spirituale vel spirituali annexum,
non licet, etiam inter laicos principaliter nec in-
cidenter de eo agi coram iudice seculari, sed cor-
am Ecclesiastico tractandum est, vt resoluimus
supr. in q. modo præcedenti.

Non obstat primum fundamentum supra pro
contracta parte adductum, nempe nostra lex: ea
enim & similes loquuntur in gratia & donatione
à Rege prædictis locis pijs & clericis factis: tunc
enim bona illa non amittunt suam propriam na-
turam temporalitatis, ita vt in alteram diuersam
tran-

transfeant. Præterea cum gratia illa facta sit à Re-
ge, merito vt ab eo lege lata generaliter auferti
possit, si eius iurisdictione super illam concernenti-
bus illudatur.

Non obstat & secundum, quoniam regula illa,
quod actor debeat sequi forum rei, procedit in
temporalibus, secus in spiritualibus. vbi saltem spiri-
tualibus annexis, vt prædiximus. Tertium quoque
cessat, quoniam cum bona hæc sint effecta spiri-
tualia vel eis annexa, ipsemet Rex generaliter id
concessisse videtur, vt patet ex d. l. 10. infr. eodem. tit.
ibi: Sobre demandas, o cosas profanas a la Iglesia no per-
tenecientes. Hi autem reditus non sunt profani, sed
spiritualibus annexi & ad Ecclesiam pertinentes:
ergo à contrario sensu non continentur sub pro-
hibitione d. l. 10. nec nostræ legis. Imo tamen eadem ra-
tione idem videtur dicendum, in annuis redditibus
postea de nouo emptis in locum aliorum, qui fuerunt
redempti, cum in eorum locum subrogatum,
ac proinde debeant sapere ipsorum naturam,
arg. regulæ vulgaris, quæ tamen habet, quod subrogatum
debet sapere naturam subrogati, vt in l. si donata,
§. si sponsus, ff. de donat. inter vir. & vxor. & tradit
lal. in l. si grege, col. 2. vers. nono, §. ff. de leg. 1. Decian.
conf. 35. n. 65. n. 1.

Hæc tamen nostra principalis sententia mi-
nime procederet in conductoribus laicis bonorum
vel fructuum Ecclesiasticorum, etiam decimarum:
hi namque conueniri non poterunt coram iudice
Ecclesiastico, pro pensione vel mercede condu-
ctionis, quia per locationem & conductionem in-
ducitur nouitas quædam: ideoque pensio seu mer-
ces conuenita soluenda non est spiritualis res, nec
spiritualibus annexa, sed noua pensio debita ratione
contractus initi cum laico, ac proinde amittit natu-
ram priorem, & est res mere profana, ideo cor-
am iudice seculari à laicis exigenda erit, non vero
coram Ecclesiastico, præterquam in tribus casibus.
Primus est, si conductores laici iurisdictione
Ecclesie se submiserint pro solutione pretij, vel
pensione locationis & conductionis. Secundo, si
iuraeuerint eam soluere, tunc enim ratione iura-
menti poterunt pro ea idem conueniri coram
iudice Ecclesiastico. Tertio, si consuetudo legitime
præscripta adstet, etiam his semotis, vt resoluimus
supr. in quæst. præcedenti, n.

Secundo tamen prædicta omnia locum habere vi-
dentur in redditibus annuis, fundatis & constitutis
super rebus primariorum: non vero in iuribus Regi-
is, quia in hac specie Regij conductores aut fi-
deles collectores coram iudicibus secularibus
Regiis, non vero coram Ecclesiasticis conuenien-
di sunt sub pœna nostræ legis, & est lex genera-
lior 10. tit. 7. lib. 9. ibi: En qualquier manera, o
que los ouieren, o han de auer por nuestras cartas de
libramiento, & in hac nostra leg. 6. ibi: Pues esto per-
tenece a nos, y a la nuestra iurisdiction, y de los dichos
nuestros predecesores.

Clericis tamen pro suis rebus patrimoniali-
bus priuilegium Ecclesie concessum minime
competit, nisi in casibus à iure expressis, ac proin-
de aduersus laicum restitutionem in integrum co-
ram iudice seculari perire debent, si lædantur, non
vero coram iudice Ecclesiastico, vt cum communi
resoluimus lib. 1. Cano. quæst. c. 34. n. 11. & 12.

Quod tamen procedit etiam in patrimonio clerici, ad
cuius titulum sacrum ordinem recepit, ne mendi-
care cogereetur in ignominiam ordinis: adhuc
enim huiusmodi patrimonium ex hac assignatio-
ne non efficitur Ecclesiasticum: nec habet priui-

legium honorum Ecclesiarum, vt recte resoluit
D. Couart. lib. 1. var. resol. c. 4. num. 4. cum aliis
contra nonnullos.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudex quis cognoscat de viribus, valore vel inter-
pretatione priuilegij, & n. segg.
- 2 Recurrendum est directo ad Regem, vel Principem,
qui priuilegium concessit pro declaratione
illius.
- 3 Si contendatur principaliter de valore & intellectu
priuilegij, ad Principem recurrendum est: si
vero incidenter iudex inferior potest cognoscere:
sed an hoc procedat etiam de iure Regio, n. 4.
cum sequentibus.
- 4 Qualibet gratia Principis appellatur priuilegium
& donum.
- 5 Legi 27. tit. 18. part. 3. intellectus, & n. 9. cum se-
quentibus, & num. 19. vbi etiam agitur de le-
ge 2. & 28. eiusdem tit.
- 6 Donada Regis qua dicuntur, & num. 10. vbi
quod debet nominare omnes fines huiusmodi
priuilegij.
- 7 Concessio Principis, qua sequitur ius, non dicitur
priuilegium, sed gratia vel beneficium.
- 8 Priuilegia confirmationis quid debeant continere.
- 9 Cartas forteras son cartas en que el Rey de al-
gun fuero otro, en que se deue nombrar
la razon por que lo da.
- 10 Cartas de gracia quales son, y que deuen con-
tener.
- 11 Cartas del Rey y otras se grantan segun fuero y
otras contra fuero: y otras non se ganan se-
gun fuero, pero non son contra fuero, y
quales sean vnas y otras, & n. 15.
- 12 El priuilegio de donadio de heredad, o de otra
cosa que el Rey de a otro, non lo deue nin-
guno iuzgar sino el mismo Rey que lo
concedio, o los que reynaren despues del.
- 13 De los otros priuilegios que son de confir-
macion en forma comun, pueden conocer
y iuzgar los iuezes ordinarios de las tier-
ras donde fueren mostrados.
- 14 De las otras cartas y priuilegios forteros, y de
las otras gracias en que se da quitamiento
de pechos e portazgo, o otra cosa, si nacie-
re contienda de sobre ellos deuen iuzgar
los iuezes ante quien parecieren.
- 15 Ratio differentie inter prædicta priuilegia, quare de
prioribus solus Rex cognoscat & iudicet, de re-
liquis vero iudices ordinarij.
- 16 Legi 6. tit. 1. lib. 4. Nou. Collect. Reg. in re bell. & n. 22.
- 17 Concessio immunitate omissioni iurium Regalium,
an gabello hoc nomine continentur, ad quos per-
tinet declaratio.
- 18 Causa nobilitatis descendens ex priuilegio vbi de-
beant tractari.

Q V Æ S T I O XXVIII.

In l. 6. tit. 1. lib. 4.

Iudex quis sit competens, quando dubita-
tur de viribus & valore priuilegij?

VERO tamen secundo circa eandem legem, quid
si non contendatur super executione gratie
atque priuilegij Regij, nec super exactione redditus
vel quantitatis in contentæ (quia tunc coram
iudice